THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT (ENGELBERTUS ADMONTENSIS, ETC.)
Ende 14. Jh. Seite 60v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26028
Copyright: Admont, Benediktinerstift



orbis fines etiam si extras vo
luis ad gentes et ego iussu tuum
fiducialiter adimplebo periculosas
quippe et incertas aquarum vias
attemptare formido. Rege igitur
estuante ut legatum aliquem possit
invenire ceteris vero perniciosum iter
excusantibus triduum ita pactum est

sane

Delegatione ad Azan

Duo igitur fanei de primoribus regis
erant Vualdo et Humfridus
equibus Humfridus eo tempore totam
hystriam tenebat. Ac Vualdo
Augiensis monasterii abba fuerat. Cui
etiam pontificatum papie urbis
necnon et presulatum basiliensis civitatis
prioribus defunctis pontificibus rex
interim ad procurandum commisit donec
negocia que instant ad margine
perducerentur. Erat enim virtutibus clarus
regique valde familiaris adeo ut
illum suum fieri confessorem eligeret. Cuius
etiam paulo latius mencionem in
ferius post pauca facturi sumus
Modo que cepimus prosequenda sunt

Tercio denique die clauso
cum iam orbita solis in occa
sum cursu volubili flecteretur et hespero
rutilante noctis tempus instaret
idem non nosus Vualdo Humfridum

inter ceteras confabulaciones multis
cepit suasionibus adhortari ut
legacionem imperatoris suscipiens
ad prefatum Azan urbis prefectum
in predictam insulam perferret. Cernis
ne inquiens dominum nostrum anno consti
natum eo quod voluntate sua ex
plere negat, et quia idem Azan
sua ad nostrates legacionem glose
perficere potuisset, senior autem nostre
facultate non habeat, quam sua
econtra relacionem ad ipsum transmittere
valeat. Cuius verba Humfridus
dure accipiens quod me inquit facere
cohortaris tu nullatenus agere
velles. Cui ille. Si tu ait ire
disponis ego tecum indubitanter
proficiscar. Vualdone igitur obnixius
persuadente tandem assensum prebuit
Humfridus et viam se aggressurum
spopondit.

Letus ergo factus Vualdo
de consensu et promissione Hum
fridi post matutinales ymnos
regem in conclavi pausantem adiit
et pulsato hostio ingredi concessus
consolatoriis sermonibus animi illius
leniens merorem habes inquit
domine mi paratum virum quem mittere
debeas et sic dicens, sponsione